

Quo quidem modo sese evolvente, et profecit ratio dogmatis ex obscuritate in claritatem, et processit notitia Christi Domini ex claritate in claritatem.

Sequitur quarto quantum huic quaestioni solvendae noceat demidiata methodorum scientia. Aliud enim est quaerere quid de evolutione dogmatica noverint scriptores antenicaeni. Aliud autem est quaerere quid in evolutionem dogmaticam pr parandam fecerint iidem scriptores antenicaeni. Ad primam quaestionem breviter sed sufficienter respondetur eos nihil novisse. Ad alteram autem quaestionem investigandam summa quadam ineptitudine proceditur, ubi ea adhibetur methodus quae nihil admittat nisi quod ab ipsis antenicaenis vel dictum vel saltem cogitatum fuerit. Ita enim attingitur, non quod fecerunt, sed quod quomodocumque noverunt ~~ant~~ antenicaeni non multum. Ita enim attingitur, non multum quod fecerunt, sed nihil quod noverunt antenicaeni. Ita maior semper exhibetur eruditio ut ~~semper~~ ^{semper} pariter praetermittatur ipsa quaestio.

Quo quidem modo sese evolvente, et profecit ratio dogmatis ex obscuritate in claritatem, et processit notitia Christi Domini ex claritate in claritatem.

Sequitur quarto ubinam lateant huius quaestionis difficultates atque solutionis impedimenta. Nam quam peregerunt antenicaeni evolutionem dogmaticam, eius existentiam et naturam minime sunt suspicati. Investigandum ergo est factum quod ita verbis antenicaenorum illustratur ut tamen ab iisdem antenicaenis neque mente conceptum sit neque verbis dictum. Non ergo adhibenda est ea methodus quae nihil admittat nisi quod ab ipsis investigatis auctoribus vel expressum sit vel saltem cogitatum; nam tali methodo de evolutione dogmatica nihil addisci potest quod non cogitaverint ipsi antenicaeni. Sed ea adhibenda est methodus quae ad facta attendit, quae factis applicat et in iis verificat quod aliunde cognoscitur.

Quo quidem modo sese evolvente, et profectit ratio dogmatis ex obscuritate in claritatem, et processit notitia Christi Domini ex alia in aliam claritatem.

Sequitur quarto ubinam lateant huius quaestionis difficultates atque solutionis impedimenta. Nam qui hanc materiam methodo stricte positiva investigandam esse arbitrāntur, nihil invenire possunt nisi quod ab ipsis antenicaenis cogitatum est; et cum antenicaeni evolutionis dogmaticae existentiam et naturam minime su sint suspicati,

Quo quidem modo sese evolvente, et profecit ratio dogmatis ex obscuritate in claritatem, et processit notitia Christi Domini ex claritate in claritatem.

Sequitur quarto ubinam lateant huius quaestionis difficultates atque solutionis impedimenta. Etsi enim difficilis dici non possit illa evolutionis dogmaticae ratio quam supra descriptimus, ignota tamen maneat necesse est quamdiu ~~de~~ ^{at} explicite et signate de ea non inquiratur. Quominus autem fiat haec inquisitio, impediaebant non pauca vel philosophica vel methodologica placita.

Quo quidem modo sese evolvente, et profecit ratio dogmatis ex obscuritate in claritatem, et processit notitia Christi Domini ~~in~~ ex claritate in claritatem.

Sequitur quarto ubinam lateat quod in hac re investiganda maximam pariat difficultatem. Nam dogmaticae evolutionis diximus quattuor aspectus quorum primus et fundamentalis est quem subiectivum nominavimus; huius enim manifestatio est aspectus obiectivus; de hoc reflectitur aspectus aestimativus; ex aestimativo denique oritur problema hermeneuticum. Iam vero qui in se ipso numquam expertus est diversa conscientiae schemata, haec in aliis accidere haud credere potest. Qui numquam ad schemata suae conscientiae attendit, minime intelligit vel quid sit schema conscientiae, vel qualis sit transitus ex alio in aliud, vel quatenam sint quae ex tali transitu oriri possint et soleant.

indirecte praeparaverunt ut ipsi tamen haud scirent quid facerent; nam eiusmodi est omnis motus intellectualis ut prius fieri debeat quam reflexe considerari, examinari, explicari possit.

Tollitur deinde eorum sententia qui dicitent christianam de Christo doctrinam initio fuisse obscuram atque confusam sed post tria saecula per c. Nicaen^um factam esse claram atque distinctam.

(n) Unde concludi possunt omnia quae de satisfactione dicuntur.
satisfactio est
Si enim passio et mors Christi qua expressio detestationis
peccati et doloris de peccato, sequitur (1) Christum esse vicarie
passum et mortuum ex motivo quod in peccatis et peccatoribus
invenitur, quod in NT docetur, (2) Christi dolorem de offensa
Dei fuisse opus in honorem Dei, quod a S. Anselmo propositum est,
(3) hoc Christi opus magis Deo placere quam displicent peccata,
quod a S. Thoma conceptum est, (4) satisfactionem ita ad genus
meriti reduci ut pro demeritis compenset, uti ab aliis
concipitur, (5) satisfactionem esse poenae susceptionem ut
venia convenienter petatur et concedatur, uti in praenotaminibus
diximus.

At hanc quaestionem facile resolvunt quae superius sumus praefati.
Nostra enim non interest trium saeculorum tota historia. Neque ad
nostrum finem facit singulorum auctorum quasi ad unguem exsculpta
effigies

neque multum iuvat contracta quaedam atque compendiosa rei expositio,
 hic
 neque ^{hic} disserere licet de veritate et sanctitate quemadmodum inter
 se comparentur, vel de ~~hujus~~ rudibus et excultis utrum pares an impares
 sint ut regnum caelorum ingrediantur. Sufficiat ergo ~~et~~ in tractatu
 dogmatico ^{ut} dicamus in Dei ecclesia, sub tutela divinae providentiae,
 assistente Spiritu sancto factam esse evolutionem dogmaticam.

Quartus denique remanet aspectus quem diximus hermeneuticum.
 Qualiter enim quis aestimat evolutionem dogmaticam, taliter eandem
 interpretari atque exponere solet. Qui unice bonum, unice religiosum,
 unice vitae sanctae congruum iudicat schema conscientiae commune atque
 usitatissimum, sicut illud schema singulari quadam puritate apud
 antiquos Hebraeos adhibitum invenit, ita illud idem ~~est~~ ^Tarbitrari
 potest divinitus hominibus datum, ^{ipsa} ~~ive~~ divina revelatione sancitum,
 et omnibus hominibus omnis temporis veluti exemplar propositum.
 Cui tamen sententiae alia prorsus contraria proponi atque sustineri
 potest. Nam quo magis ad tempora antiquiora recedimus, eo minus
 excultos invenimus non solum Hebraeos sed omnes gentes; quo minus
 homines excoluntur, eo minus intellectus ad verum considerandum et
 perpendendum converti potest totus; quam ob causam ~~aliqui~~
 antiquissimae gentes, ^{propter} quae ~~est~~ ^{minus} ipsam earum conscientiam indifferentiatam
 sacra et profana ~~non~~ ^{non} secernant, sicut in rebus profanis inveniuntur
 maxime religiosi, ita in rebus sacris ad idolatriam maxime sunt
 propensi; neque ipsi Hebraei ab hac aberratione retinebantur
 nisi per inspiratam prophetarum doctrinam vehementer inculcatam atque
 perpetuo repetitam.

Proinde, sicut aliter alius psychologiam ~~et~~ hebraicam aestimat,
 ita iidem modis inversis ingenium pensant graecum. Ubi enim alius
 non videt nisi humanae superbiae fructum, alius discernit generis
 humani profectum. Ubi alius reprehendit artes et disciplinas
 religioni inimicas, alius laudat religionem quae proprium sibi locum